

vult, quas cum illo restant impeditiſſimæ rationes, cuius rei
 ue initium quidem fieri se absente posse o dogos as-
 serit; forsitan promouendo itineris tuo, cui valde instat.
 Quas ad Caſtaliſſimum scribo, si dignaberis perferendas curare,
 quæſſo eadem opera moneatur, ut e vestigio rescribat; est
 enim in meis scriptum, ad quod, pro suâ indole, quam celer-
 rime responderi Dominis iubet. Expeditiunculam cum
 paucis capis instituiſſus, cuius breui ad nos rumor
 deferretur. Vale vir amicissime cum uxore et liberis,
 neque meâ causâ, nimium frequentiſſime scriptione te
 fatiga. Satis aliunde districtus, sufficiet quoties res
 momenti offerretur, paucis inuicem indicare, quid
 publice vel privatim expediat. Arnhemii XVI. Novemb.
 CIDICXXXV.

Fœda Bullionei Apostasis supra omnem
 indignationem est, coram de illâ disserendi
 causa erit, si tanti putes.

Wilhelmio Amplissime Collegæ, affinis optime.

(229).

Multum rerum tibi debeo, qui tam sedulo impellere
 digneris tot tibi testudines meas, quas, absque hoc stimulo
 foret, nescio quid promouerent. erit ubi commodis tuis
 oblata causa, pari obseruantia interueniemus. de
 regulis parum candidè nos moneri satagunt, et hanc
 scilicet moram ~~con~~ ansam apprehendunt: tam tu enim
 Spierinxhoekio uxor mea injunxit, quod iterum nunc
 Jano Gerardi Lafomo mandes uelim, regulas uilioris
 notæ (nam duorum generum proposuerat, in quibus
 immane præstii discrimen) actutum erit, et asseribus
 lecti, quos tandem audio capisse sterni, quam celesterrimè
 imponi curat. Excusabis, si te noui, hanc audaciam
 postquam si humanitate tuâ locum facis. De Luis apud
 nos nouo incremento, undique moesti accepimus, ac de
 tot amicis perpetuâ sollicitudine languemus. Accensos
 Hagæ per compita, ignes publicos iri, ut Leida institue-
 rant, appropinque mihi placet, neque enim dubium
 est, quin unicum flamma pabulum Aer, bonus ille
 seu infectus, hoc sui prædone absumi possit; et si quod
 Græcia mendax audet in historia fidem meretur, sic
 Athenas olim, et mox Hellada philoſophi seruarunt.
 quorum

quorum nunc nomina non occurrunt. Vale Affinis cha-
rissime cum animum dimidio tua, sorore dilectissima.
Armeni quo ante Biduum ab exercitu jam dimisso
migravimus. . . Nov. 1635.

Vossio.

Amplissime ac doctissime Domine

(230)

Si vel extra anni Solique vias sim, vix absentiam
quae sit Reipublica causa damnosam mihi esse oportet.
Nunc autem et superstitem satis et presentem
habet, ut promissi fidem ipsa voce vel manu exigam.
Rogo igitur, quid Arte Grammatica feceris; ut proclum
toto anno exercueris: quam prope origines a fine sint;
quam prope visura lucem immersa scriptorum moles,
quam orbi scilicet et aeternitati debes, ante quam hanc
adeas? Si ex convivio literato, cui ante menses multos
una interfuimus, non nimium mei satus deceristi,
ama memorem compotorem, et rescribe, Vir amice

Tui amantissimo.

G. H.

Dignissimo Collegae, cujus nuper gravem
familiae casum miserati, mox disertas
lachrymas mirati sumus, salutem
integerrimo affectu, dici cupio.

(231)

Heinsio.

Paradoxon Chrysostomi dogma Viri Nobilissime, inter
pocula noster ille Romulida satus citavit, inveni circa
finem Homil: 3. in alteram ad Thimotheum, ser-
mone duro, quem, pene dixerim, quis sanus ferat! ejus
initium est $\kappa\eta\ \mu\acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\nu\ \epsilon\gamma\omega\ \mu\omicron\iota\ \chi\omicron\nu\ \upsilon\epsilon\epsilon$ sed hoc paulo
superius observo. $\acute{\alpha}\lambda\lambda'\ \epsilon\iota\ \delta\epsilon\iota\ \iota\ \kappa\eta\ \delta\alpha\upsilon\mu\alpha\sigma\omicron\nu\ \epsilon\iota\pi\tau\epsilon\iota\nu$
ut quasi in hyperbole spatium videatur. quid sponson
validius reponi possit, tu videris, cujus ego authorita-
tem multis patrum non posthabeo. qui haec verba
Latine descripsit Tiraguellus. L. fonnubiali prima, mag-
no se numero Juriconsultorum stipat, qui, uno
excepto, eadem in sententia steterint. Sed in Theo-
logo magis hoc mirandum. Posterorum larga
 $\sigma\upsilon\upsilon\epsilon\iota\delta\eta\sigma\iota\varsigma$ et majoris anomaliae capax. Adde
hic